





Nr. 270

A-270

20 Reichspredigten

Mit den Namen

ein Jahr eingewonnen

In  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16





INEAUSTA  
PROVINCIAE EATA

De Abitu Nimis Properante

PER-ILLUSTRIS DOMINI

DOMINI

Ni 230

GEBHARDI

JOHANNIS

DE ALVENSLEBEN

Domini Dum Aderat In Erxleben Eichenbarleben Rogetz

Calbe & Vinau

Serenissimi ac Potentissimi Electoris Brandenburgici

In Ducatu Magdeburgensi

TRIBUTORUM DIRECTORIS

SUPREMI

Pariter Et

Consilarii Provincialis


Longe Meritissimi

Una cum Superioribus Suis

Mœstissima Mente Deplorat

ADAM CORTREIUS, ICTus.

Provincialis in Ducatu Syndicus.



Magdeburgi Prælo. Subjecit

Johannes Daniel Müller, Typographus Electoralis.

A. O. R. Cl. DCC.





D. O. M. E. Æ. S.  
Quiescite Provinciales  
Quiescite  
Nequicquam Desudatis Indagando  
Ubi Conditus Sit  
Quem Venerati Estis Cordicitus  
Quem Adamastis Animitus  
Quem Desideratis Penitus  
Non Est Hic  
Sursum Corda  
Ibi Invenietis  
Quem Tam Solliciti Tam Anxii  
Quæritis  
Perillustrem Dominum  
**DOMINUM GEBHARDUM IOHANNEM**  
**DE ALVENSLEBEN**  
Ex Prosapia  
XIV. Illustrissimorum  
Comitum De Alvensleben  
Prognatum  
Dominum Dum Erat  
In Erxleben Eichenbarleben  
Rogetz Calbe Et Vinau  
Serenissimi Ac Potentissimi  
Electoris Brandenburgici  
Domini Nostri Longe Clementissimi  
Tributorum Directorem Supremum  
Quin Et  
Consiliarium Provinciale



In Ducatu Magdeburgensi Meritissimum  
Barfillajum Vestrum  
Barfillajum Nostrum  
Oculis Nostris Eheu Ereptum  
Hic Ab Incunabulis  
Amplexatus Est  
IESUM NOSTRUM  
IESUM VESTRUM  
IESUM DULCISSIMUM  
IESUM SUA VISSIMUM  
Redemptorem Unicum  
Ejus Namque Vincula Arctissima  
Ejus Vulnera Cruenta  
Ejus Crux Truculenta  
Infixa Erant Pectori  
Perillustris Defuncti  
Tam Tenaciter Tam Constanter  
Ut Nullo Modo Nullaque Ratione  
Visceribus Ipsius Erui Potuerint  
Qvo Evenit  
Ut Actiones Ipsius Omnes  
Et In Tenera Et In Adulta  
Et In Ætate Provec̃ta  
Radices Agerent Firmas  
In Vulneribus Iesu Christi  
Nunquam Enim Sine Suspiriis  
Ad Servatorem Ardentissimis  
Nunquam Sine Memoria Vulnerum  
Nunquam Sine Meditatione Crucis  
Christi Cruentissimæ  
Suscipiebat Quicquid Incumbebat  
Negotii

Si



Sive Ad Occupationes Tenderet  
Publicas Sive ad Privatas  
Ratus Sine Illo Numine  
Nihil Esse In Homine  
Et Sic Habebat Perpetuo  
Iesum Inhabitantem  
Iesum Comitantem  
Iesum Auxiliantem  
Quicquid Cogitaret  
Quocumque Procederet  
In Occupationibus Consultationibus  
Atque Actionibus  
Solidissimum Profecto  
Rerum Gerendarum Principium  
Quo Nullum Solidius Nullum Firmius  
Sub Auspicio Itaque Directoris Divini  
Sacro Codici Inhiabat Semper  
Rerum Divinarum Scientia  
Sufficienter Imbutus  
Quam Cum Notitia Egregia  
Historiarum Moralium Politices  
Iuris Naturæ Ac Gentium  
Publici Atque Privati  
Adeo Tenebat Copulatam  
Ut Neutrum Sine Altero  
Vires Exerere Posse  
Indubitato Crederet  
Frustra Namque Politicorum Censui  
Sese Assocciare Præsumunt  
Quorum Mens Divinorum Oraculorum  
Nescia Solo Gaudet Astu  
Soloque Nititur Potentiæ Præsidio

Nul



Nulla Divino Suffragio Nulloque Cœlesti  
Exercitu Stipata  
Neque Consiliis Publicis Aptatus  
Qui Genuinorum Dogmatum Politicorum  
Expers  
Nec His Potest Instructus Esse Satis  
Qui Iuris Naturæ Et Gentium Ignarus  
Illis Vero Cunctis Affatim Vestitus  
Defunctus Nunquam Intermoriturus  
Ad Oras Exterorum Belgicas  
Anglicas Transibat Et Gallicas  
Ut Ex Ipsorum Moribus Ac Institutis  
Depromere Posset Quæ Patriæ Suæ  
Conducerent  
Qui Enim Alia Peregrinantur Fini  
Ut Palatia Modo Visitent  
Peregrinasque Attendant Pompas  
Hos Laterem Laville  
In Aprico Est  
Ad Germanorum Fines Patrios  
Revertus  
In Aula Ducali Hasslo-Cassellana  
Aliquid Ævi Consumebat  
Quo Cognitum Haberet Atque Perspectum  
Quantum Ingenia Aulica Distarent  
Ab Aliis In Theatris Principum  
Haut Excitis  
Ast Non Sine Causis Sonticis  
Videbatur Ipsi Consultius  
Patriæ Intendere Diligentius  
Quam In Aula Constrictum Esse Ulterius  
Idcirco Albo Statuum Provincialium



Ducatus Magdeburgensis Adscriptus  
Mox Consilarii Provincialis  
Post Aliquot Vero Annos  
Tributorum Simul Directoris  
Indipiscebatur Dignitatem  
Quam Spartam Utramque  
Spatio Multum Amplo  
Maxima Cum Nominis Gloria  
Ornavit  
Satis Pie Feliciter Quoque Satis  
Omnibus Amicus Nemini Infestus  
Nisi Quis DEO Et Patriæ Invilus  
Nemini Gravis Nisi Illis  
Qui Quod Iustum Erat Detrectabant  
Incolis Ac Subditis Cunctis Gratisimus  
Preces Ac Querelas Ipsorum Libenter  
Recipiendo  
Et Quantum Moraliter Fieri Poterat  
Summa Animi Iucunditate Sublevando  
Vestrum Est  
Provinciales Undecunque Venerabiles  
Haut Invidere Defuncto Pientissimo  
Gloriam Coelestem Ineffabilem  
Sempiternam  
Qvam Conspirante Suffragio Contulistis  
Ipsi Terrenam  
Suspendite Ergo Ejulatum Moestissimum  
Per Omnem Ducatum Magdeburgensem  
De Obitu Patriæ Patroni Imo Parentis  
Evolitantem  
Certissimi Expletum Iri Cuncta  
Quæ Heros Gloriosus

Supra



Supra Sortem Vestram  
Nunc Florentissimus  
Nunc Beatissimus  
Dudum Ante Obitum Ipsius  
Voto Sane Piissimo  
De Vestra Totiusque Ducatus Salute  
Statuit Atque Exoptavit  
Indeque Manes Ipsius Oppido Quietos  
Ulteriori Planctu  
Nolite Turbare Nolite Inquietare  
Tametî Enim  
De Provincia Abiit Heros  
Cujus Merita Omnem Superant Laudem  
Cujusque Officia Fidem Et Amorem  
Desiderat Provincia Suspirans  
Desiderabit Etiam Indefinenter  
Ad Finem Ulque Seculi  
Temperandæ Tamen Lacrumæ  
Temperanda Sulpiria Tristia  
Quis Enim Non Ad Meliora  
Festinet  
Decessus Namque Noster Ex Hac Vita  
Nil Nisi Laboris Consummatio  
Lata Ad Portum Adplicatio  
Ruinosæ Domus Reformatio  
Ægritudinum Cunctarum Terminatio  
Peregrinationis Terrestris Finitio  
Gravissimi Cujuscunque Oneris Depositio  
Periculorum Omnium Dejectio  
Malorum Omnium Consumptio  
Vinculorum Omnium Disruptio  
Debiti Naturæ Solutio


In




In Patriam Reditus  
In Gloriam Ingressus  
Nec Decessus Iste Exitus  
Sed Ad Æterna Transitus  
Ite Nunc Provinciales  
Vobisque Nobisque Parate  
Mente Et Corde Abitum  
Defuncti Nostri Æqualem  
Et Transite Feliciter!













INEAUSTA  
PROVINCIAE EATA

De Abitu Nimis Properante

PER - ILLUSTRIS DOMINI

DOMINI

Nr 230

GEBHARDI  
JOHANNIS  
DE ALVENSLEBEN

Domini Dum Aderat In Erleben Eichenbarleben Rogetz

Calbe & Vinau

Serenissimi ac Potentissimi Electoris Brandenburgici

In Ducatu Magdeburgensi

TRIBUTORUM DIRECTORIS

SUPREMI

Pariter Et

Consilarii Provincialis

Longe Meritisimi

Una cum Superioribus Suis

Mæstissima Mente Deplorat

ADAM CORTREIUS, ICtus.

Provincialis in Ducatu Syndicus.

Magdeburgi Prælo Subjecit

Johannes Daniel Müller, Typographus Electoralis

A. O. R. Cl. DCC.

ssen/ ja nicht nur Sie / sondern viel an  
Thranen belohnet werden / der Him  
/ Fama wirds mit unsterblichem Nach  
ewigen. Sie sehen ja schon jetzt vor  
nliche Versammlung so eifrig bemühet  
on dem Wohlseeligen gehabt / an den  
mit Ohren mittheilen /  
art / mit  
erlegen/  
schafft/  
e / was  
m Nab  
haben/  
zu Sei  
n nichts  
der eine  
ls trau  
e zwar

